

Nikolaus Wessel Stephan Knickenberg

**Disputationes Duae In Quibus Centuria thesium, & quaestionum, reales
contratus, scilicet Mutuum, Commodatum, Despositum Et Pignus**

Rostochii: Reusnerus, 1603

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728315475>

Druck Freier  Zugang



11

DISPUTATIONES DVÆ
IN QVIBVS

Centuriâ thesum, & quæstionum, reales
contractus, scilicet

MVTVVM, COM-
MODATVM, DEPOSITVM
ET PIGNVS.

Annunte & favente divina gratia

Consensu & auctoritate Amplissimi Ictorum ordinis
in Celeberrima Rosarum Academia

PRAESIDE

Clarissimo & Consultissimo viro,

Dn. NICOLAO WESSELIO I. V. D.

& Illustrissimorum principum Megapolen-
sium & c. Fiscali vigilan-
tissimo,

Publica discussioni proposuit

STEPHANVS KNICKENBERGIUS
Ruthensis VWestph.

*Fiet autem disputatio prima in auditorio magno
2. Aprilis Anno 1603.*



ROSTOCHII
Excudebat Christophorus Reufnerus.

UNIVERSITÄT
ROSTOCK
BIBLIOTHEK
ROSTOCK
VERLEIHT
AN
HERRN
DR. MED. WILHELM
VON
MAGNUS
ROSTOCK
AM
15. SEPTEMBER
1885



Conclusio I.

Materia obligationum operam daturum, primum nosce oportet, eam generalius ita posse definiri, ut sit juris vinculum, quo quis astringitur ad solvendum id quod debet. Namque cum jus quod auctoritatem obligationi præstat, aliud naturale sit, aliud verò civile, producit quoque obligationem solvendive necessitatem, vel naturalem, quæ sola naturali æquitate nititur, vel civilem, & hoc jure efficacem, quæ definitur iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicujus rei solvendæ, secundum nostræ civitatis jura.

I I.

Oritur autem omnis obligatio, vel ex contractu, vel quasi, vel ex delicto, vel quasi. Contractum cum Labeone, definiendum censemus ul-
tro citroque obligationem, quæ perficitur interventum vel rei, vel verborum, vel literarum, aut consensus.

I I I.

Cum autem hæc disputationes, ut ex inscriptione

A

ptione

prione evidentius patet, de realibus contractibus potissimum sint futurae, ordinem Iustiniani Imperatoris, Institutionibus insertum in materijs proponendis sequemur.

I V.

Re itaque contrahitur obligatio, mutui datione, earum rerum quae pondere, numero mensurave constant, quae in id dantur, ut accipientis fiant, nec ut eadem sed aliae ejusdem naturae & qualitaris reddantur, unde mutuum, quasi quod de meo tuum fiat, appellatur.

V.

Hinc quaeritur. Numne quaelibet corpora ad numerum data, ut grex ovium veluti quantitates mutuum opererentur? Neg.

V I.

Mutuum (quod contractibus superius definitis recte annumerari censemus) etiam tunc contrahitur, quando in specie ex accidenti idem redditur.

V II.

Idem dicendum arbitramur, licet postea res alterius generis reddatur.

V III.

Pecuniam ex causa mandati depositi, vel emptionis debitam, pactione in mutuum converti posse putamus.

I X.

Pecuniam tradens donaturus, ei qui ut mutuum accepit, neque mutuum perficit neque donatum.

X.

Promittens accepturum se ab aliquo nummos mutuos, habet in potestate ne accipiendo sese obliget. Estne idem dicendum ex natura correlatorum in reo promittente? Neg.

Siquidem

X I.

Siquidem a. hic contractus ex Interventu rei substantiam fortitur, liquido constat, non plus (ne quidem ex pacto) esse in obligatione quã revera adnumeratum est, ut ne quidem donationis nomine residuum peti possit.

X I I.

Quid si crediturus nummis destitutus rem æstimatam vendendam tradiderit, anne pretium ex tali venditione exactum conditionem mutui subibit? Affirm.

X I I I.

In æstimatione incerta rei mutuo data, quæ convenienti tempore reddi nõ potest, (aliàs enim æstimatione creditor offerri posse negamus,) multi multum laborant: Nos liis contestata tempus attendendum putamus.

X I V.

Nummorum tamen potestate mutata valorem contractus temporis inspiciendum arbitramur.

X V.

Quid si ejusdem valoris datorum species existent, anne alterius generis solvi possunt? Nisi hinc creditori damnum orjatur, affirmamus.

X V I.

Argento non signato ad pondus mutuo accepto, pecunia, non tamen ære contaminata, reddi potest.

X V I I.

Non inutilis est disputatio, num is qui ecclesiæ vel civitatis administratori pecuniam, utilitatibus commissorum negotiorum impendendam, credidit, præterquam quod debitam probet, teneatur quoque in rem versam docere? Affirmativa arridet.

X V I I I.

Usuras in credita pecunia ut etiam in reliquis strictis judicijs, ex pacto vel mora peti posse. Negamus.

X I X.

Anne post litem contestatam? Neg.

X X.

Constitutiones Imperij in Comitijs Augustanis usurarios

contractus improbant & rejiciunt. Num verò hoc in tantum est extendendum, ut si contractui alias per se licito pactum fit adjectum usurarium, tunc totus contractus improbetur? Negat. plac.

X X I.

Non parum sese macerant interpretes in pupilli obligatione determinanda: nos ex mutuo saltem locupletiolem factum, alias ne naturaliter quidem teneri arbitramur.

X X II.

Quid, cum ante D. Pij constitutionem, locupletatus pupillus naturaliter obligaretur, Divusne Pius sua constitutione effecit eam efficacem? Affir.

X X III.

Filiusfamilias pubes etsi obligetur ex mutuo, exceptione tamen SCti Macedoniani, se convenientium intentiones amovere potest; An autem huic suo beneficio renuntiare possit, solet in disquisitionem venire, nos, Iure Civili, ne juramento quidem rectè fieri renuntiationem arbitramur.

X X IV.

Iusto tamen errore simplicitateque ductum, quemadmodum etiam eum qui æquali gaudet privilegio, hoc SCtum non offendere statuimus.

X X V.

Invito creditori ante diem rectè posse solvi constat. Num autem particularem teneatur admittere solutionem, dubitatur? Negantib. a stipulamur.

DE PROMPTUO.

XXVI.

Is quoque qui non debitum accepit, ab eo, qui per errorem solvit, non quidem propriè ex contractu, sed tamen re obligatur. Daturque agenti contra eum condictitia actio.

Hinc

XXVII.

Hinc an in diem certum incertumve debitum, ante diei existentiam solutum, repeti possit, potest controversi. Aff.

XXVIII.

Facti ignorantiam indebiti soluti conditionem impedire Neg.

XXIX.

Obligatus decem vel Titium dare, si utrumque solvat, habeatne in repetendo electionem potest controversi? Affirmativa de jure est verior.

XXX.

Condititiam actionem generalem esse, & toties competere quoties certum petitur arbitramur.

DE COMMODATO.

XXXI.

Item is, cui res aliqua commodatur, id est gratis utenda datur, re obligatur. Sed is ab eo qui mutuo accepit longe distat, ille namq; eandem ipsam rem in specie restituere tenetur, quam hic in genere reddit. Nec verò propter majorem vim majoresvè casus (modo diligentiam custodiendæ rei præstiterit) tenebitur. Si tamē id quod tibi domi commodatum est, peregrè tecum ferre malueris. & vel in cursu hostium; vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis.

XXXII.

Ambigitur num commodatarius compensationem objicere possit? Affirmantibus calculum damus.

XXXIII.

Mobiles & immobiles res commodari posse, ait Duarenus, Negat Hotom. Illum juris auctoritate nisi, defendendum arbitramur.

XXXIV.

Commodatarium aliter re commodata, quam sibi concessum erat utentem Iure Civili indistinctè furti tenere probatum erit difficile.

XXXV.

Controverti & hoc loco solet, an re pluribus commodata, singuli in solidum teneantur? Quod ita, ut tamen unius solutione omnes à commodante liberentur, defendi posse suspicamur.

XXXVI.

Cotenderunt inter se Icti, Iulianus, Marcellus & Ulpianus, numne is qui rem utendam accepit, de damno à tertio dato teneatur? Et licet illius sententia sua quoque habeat insignia, merito tamen horum prævaluit.

XXXVII.

Quid si res æstimata commodato detur, an eo ipso hoc actum videbitur, ut casus fortuitus præstetur? Affirmativæ subscribimus.

XXXVIII.

Rem deterioratam, si adjuncto damni pretio commodanti invito, offerat commodatarius, quæritur, num teneatur recipere? Affir.

XXXIX.

Quid, si commodator ob rem ante deperditum à commodatario rei pretium sit consecutus, dein verò & rem ipsam consequatur, dabiturne commodatario contrario iudicio experientia electio? pro affirmat. faciunt iura.

XL.

Inter cætera, num commodatum à precario in eo differat, quod is qui precario habet, ad nutum teneatur restituere etiam in tempestive, qui vero commodato non item (inter sese Dd.) consurgunt? Affirm.

XLI.

An concurrens iudicium legis Aquiliæ cum actione commodati, hac intentata illud expiret? Neg.

XLII.

Potest & id hoc loci ventilari, si commodans extra dolum forte lata culpa, rem vitiosam commodaverit, an de damno commodatario dato conveniri possit? Non opinamur.

XLIII.

Quid si servus meus scienti tibi, nolle me tuis usibus res meas concedi, forte commodaverit, ane mihi competet & commo-
dati & furti actio? Verior est affirmat.

DE DEPOSITO.

XLIV.

Præterea & is apud quem res aliqua deponitur re obligatur, teneturque actione depositi de ea re restituenda. Sed ex eo solo tenetur si quid dolo facit, securus namque est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit, Imputare namque sibi debet & suæ facilitati qui parum diligenti amico rem custodiendam commiserit.

XLV.

In limine occurrit, num tam mobiles quam immobiles res deponi recte dicantur? Neg.

XLVI.

Quid de libero homine? ipsum deponi recte dici, tam civilis, quam canonici juris textibus proditum sentimus.

XLVII.

Se ipsum deposito offerens videaturne illigatus periculo depositi, potest controversi? Aff.

XLVIII.

Depositarius solitus suis rebus diligentiam summam adhibere ane de levissima culpa tenetur? Legum generalis sermo vix finit.

XLIX.

An depositum, cum pacto de tempore restitutionis datum, nihilominus ante temporis eventum, ab invito depositario potest repeti? Affir.

L.

Depositæ pecuniæ, num quandoque usus depositario sit concessus, non ineleganter, ob variarum legum diversos textus inquitur; Et quamvis regulariter depositarius deposita re uti
prohi

prohibeatur, sub distinctione tamen pecuniæ depositæ usum ei concessum, defendemus.

L I.

Quid si ipsi contrahentes postmodum convenient, ut depositarius re deposita (maximè si sit rei non fungibilis deposit.) utatur? depositum nihilominus durare arbitramur.

L II.

Deposita pecunia si depositarius utatur usuras ejus nomine debet. Quæ an extra sortem peti possint, non caret dubio? Neg.

L III.

Depositum solius depositarij causa unquam contrahi vix est credibile. An verò ita possit iniri ut & depositarij, & deponentis interfit, non omnes conveniunt? Magis arridet Negat.

L IV.

Utilitate & difficultate res non caret nisi propter impensas in re deposita utiliter factas, usque; in restitutionem earum depositum possit denegari? Neg.

L V.

Interitus naturalis rei depositæ lite contestata contingens, an à depositario, an verò à deponente præstetur non omnes conveniunt? Nos (modo artibus moram non nexuit,) defendendum depositarium censemus.

L VI.

Depositum naturam exinde non mutari arbitramur, quod remuneratio quandoque interveniat.

L VII.

Num verò beneficio hoc accepto eatenus libertatem depositarius videri adidisse videatur, ut etiam culpam levem præstet commode quaeritur? Affir.

L VIII.

Sequestratio regulariter conventionione partium solet fieri, eaque omnino est permixta: an simili modo in rebus omnibus sit approbanda, quæ jurisdictionis sit auctoritate, dubitatur? Neg.

L IX.

Sequestratio præterquam quod plura habeat commoda, impedit quoque intermedijs temporis usucapionis cursum, Quod tamen num involuntario sequestro semper & infinite procedat, controversi potest? arridet eorum sententia, qui id, quod actum est spectandum ducunt.

SECVN-

SECUNDA DISPUTATIO.
DE PIGNORIBVS.

L X.

Sequitur ut de pignore dispiciamus. Re itaq; & creditor obligatur qui pignora accepit quia de his restituendis tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus utriusq; gratia datur, placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibuerit, quam si praestiterit de fortuito casu tutus erit.

L XI.

Non raro tam in juris quam in fori usu pignus & hypotheca pro eodem sumuntur, unde pronanat hoc dubium, num statutum de pignore loquens etiam de hypotheca sit exaudiendum. Aff.

L X II.

In pignore constituendo cum non parum conducatur scire quae res pignoris jus subire possint, ut commodè hic quaeritur, An feudum, libere homo pignori esse possint? Neg.

L X III.

Quid, anne igitur in civili causa liber homo valet sese ad carceris custodiam obligare pro affirmativa faciunt textus juris nostri.

L X IV.

Quid de servitutibus re alibus dicendum? videbimus, numme communis sententia, statuentium rusticis praedijs debitas, oppignorari posse, possit subsistere.

L X V.

Quid de personalibus ut servitute ususfructus dicendum? arbitramur tam proprietatis plenae quam ususfructus dominum recte oppignorare posse.

L X VI.

Emphiteutarius num jus suum possit oppignorare non inutiliter investigatur? pro affirmativa facit communis opinio.

L X VII.

De re aliena majus residet dubium; obligata namq; cum debitoris fuerit, existet conditione pignus conualescit: simpliciter vero oppignorata, obligatio, nisi verus dominus in fraudem sciens dissimularit, pignus non operatur.

B

Ad

LXVIII.

An oppignoratio rei alienæ, operetur obligationem, si dominus postea debitori heres exstiterit? æquitatis intuitu Affir.

LXIX.

Quid si maritus, sciente & non contradicente uxore, res dotales veluti proprias oppignoraverit, Ignorantiane creditoris damnum faciet? vix arbitramur.

LXX.

Neq; etiam debitori patrocinari debere fraudem suam arbitramur, si rei alienæ, antea simpliciter obligatæ postea dominium consequatur, sed creditori exemplo pignoratitiæ actionem dari censemus.

LXXI.

Num autem hic distinctio inter creditorem rem alienam scientem & ignorantem habet locum? Negam.

LXXII.

Revocatæ rei oppignoratæ ex l. 2. C. de rescindenda venditione, num creditori quod ei constitutum erat pignus peribit? Affir.

LXXIII.

Pignora recte in generalia & specialia, expressa & tacita distinguuntur. De expressis agitur vel inter contrahentes, communiter, & conventionalia indignantur, vel citra conventionem ab una tantum persona, eaq; vel magistratus vel testatoris.

LXXIV.

Generalem hypothecam tam in bonis acquirendis quam acquisitis intelligimus.

LXXV.

Sermonem generalem accipimus, bona mea omnia; quibus tunc & jura & actiones contineri statuimus.?

LXXVI.

Generaliter bona obligata habens, quæritur num præferendus sit huic cui in specie nonnulla pignoris nomine tenetur, tunc quando ex ceteris debitum suum redigere possit? si simpliciter universa sint obligata, arbitramur.

LXXVII.

Quid si primus creditor, dum tribus generaliter res essent hypothecatæ, ab ultimo litis eventu vincatur, valebitne sententia in

tia in præjudicium quoq; secundi, an vero hic, si contra ultimum se tuetur, actione quoq; contra primum obtinebit. videb.

LXXVIII.

In generali tamen obligatione non continentur, & quæ opinari alias sunt prohibita, & quæ verisimile non est debitorem voluisse complecti.

LXXIX.

Confligunt inter sese ambiguo ferè Marte Interpretes, de dotis privilegio. Nos dotis causam omnibus præferimus creditoribus.

LXXX.

Quid vero de accessionibus ex causis privilegiatis provenientibus dicendum, suntne ejusdem cum principali naturæ? probabiliter contradici non potest.

LXXXI.

Stabula meritoria, licet non contineantur continentibus ædificijs, cum Vlpiano tamen ea prædijs urbanis connumeramus: Unde de investis & illatis, quid juris, facillè apparet.

LXXXII.

Concertant & de rebus minorum in ædes conductas investis; Nos taciti pignoris nexu liberandas non censemus.

LXXXIII.

Quid de illatis in prædium rusticum dicendum: num in his sola scientia operatur pignoris nexum? Neg.

LXXXIV.

An libri studiosorum, taciti pignoris nexu involvantur? consultius est negare?

LXXXV.

Credens refectioni ædium tacitum in his consequitur pignus; An idem in navis refectione dicendum? Cur non.

LXXXVI.

Species pignoris est *adhærens*. quando ita convenit, ut creditor fructus rei pignoratæ (quos alioqui non lucratur sed forti imputat) pro usu crediti accipiat.

LXXXVII.

Quid vero dicendum si annui proventus ex ejusmodi contractu redeuntes justam usurarum summam excedant: Anne forti imputandi? Neg.

LXXXVIII.

Ne debitor præter spem suam amittat, aut æquo maturius vendere cogatur, lex commissoria in pignorib. non habet locum

B 2

Quod

Quod num in tantum sit extendendum, ut ne & hoc pactum valeat, si intra certū tēpus nō redemero, pignus sit tibi æquo pretio venditum? Neg.

LXXXIX.

Si cessante solutione, non reluctāte lege contractus, creditor omiſſis solennitatibus post biennium pignus vendat, quæritur num inutilis sit & revocanda venditio? Reclinamus in negat.

X C.

Pacisci initio contrahentes de non distrahendo pignore possunt, an v. id pactum in tantum sit extendendum, ut nunquam distrahatur, non caret dubio? Nullo modo.

X C I.

Si pacti de pignore contrahentes omnino non fuerint, cogitur creditor in distrahendo biennium expectare, vix est (licet sint qui negent) quod contradici queat.

X C II.

Numne creditor, ex conventionē, non soluto debito, propria auctoritate hypothecæ possessionem ingredi poterit? Id ut negetur tutius est.

X C III.

Solvitur pignus oblatione ejus quod debetur: Num etiam tum quando æque idoneum creditori offertur? communior est Negat.

X C IV.

Solutio facta & tum præsumitur, si chirographum restituatur: Est ne idem in pignoribus dicendum? vix credo.

X C V.

Inutilis donatio liberat pignus: quid si pactum inutile intervenerit, contrarium obtinet?

X C VI.

Creditor, cui datorum pignorum nomine satisfactum est, potestne restitutionem eorum prætextu alterius debiti, quod sine pignoribus est creditum, denegare? nil impedit quo minus.

X C V I I.

Parte sortis soluta, anne pignoris, quod divisionem recipit, pars re- peti potest? Nullo modo.

X C V I I I.

Usuras præstari pignus est datum, & in continenti facta solutione de ipsa sorte, nihil designatum: quæritur, habeatne creditor in usuras accepto ferendæ solutæ quantitatis potestatem. ita Aio?

X C I X.

Quid si creditor debitori pignus distrahenti nihil contradixerit, an- ne eo ipso jus suum amittet? Nequaquam.

C.

Claudat numerum vulgo & variè agitata quæstio, num pignoris lucendi juri 30. vel 40. annis præscribatur? vix subsistet affirmativa.

F I N I S.

R. U. nr. 1603.

N. Heerd (St. Tanchenberg)

tia in præjudicium quoq; secundi, an vero hic, si co
se tuetur, actione quoq; contra primum obtinebit.

LXXVIII.

In generali tamen obligatione non continentur
ignorari alias sunt prohibita, & quæ verisimile non
voluisse complecti.

LXXIX.

Confligunt inter sese ambiguo ferè Marte In
dotis privilegio. Nos dotis causam omnibus præfer
ribus.

LXXX.

Quid vero de accessionibus ex causis privi
legiis dicendum, suntne ejusdem cum princ
palibus probabiliter contradici non potest.

LXXXI.

Stabula meritoria, licet non contineantur conti
ficijs, cum Vlpiano tamen ea prædijs urbanis connu
de de in vectis & illatis, quid juris, facile apparet.

LXXXII.

Concertant & de rebus minorum in ædes
vectis; Nos taciti pignoris nexu liberandas non ce

LXXXIII.

Quid de illatis in prædium rusticum dicendum
sola scientia operatur pignoris nexum? Neg.

LXXXIV.

An libri studiosorum, taciti pignoris nexu iavo
sultius est negare?

LXXXV.

Credens refectioni ædium tacitum in his co
gnus; An idem in navis refectione dicendum? Cu

LXXXVI.

Species pignoris est *avilix* quando ita con
ditor fructus rei pignorate (quos alioqui non lucr
imputat) pro usu crediti accipiat.


LXXXVII.

Quid vero dicendum si annui proventus ex e
tractu redeuntes justam usurarum summam exced
imputandi? Neg.

LXXXVIII.

Ne debitor præter spem suam amittat, aut a
vendere cogatur, lex commissoria in pignorib. non

B 2



the scale towards document